

S. angustifolia elatior pannonica. IV. Clus.
hist. 2. p. 139.

In pascuis montosis auf dem Schachtberge bei
Rossleben: in apricis montibus der Steinklippe in
der Nähe des Winzerhäuschens. Iun. Jul.

Sc. rosea Waldst. et Kit. pl. rar. hung:
3. p. 127. t. 121. discrepat: caule unifloro; foliis
radicalibus lanceolato-linearibus planis; latioribus
corollisque roseis. Talis vero apud nos, quantum
suo, non provenit, est igitur ex flor. hal. (p. 272.)
Adeleinda et ejus loco *Sc. purpurea* inserenda. quae
foliis radicalibus caulinisque lineari-filiformibus
versus apicem nonnunquam paullo latioribus cana-
ticulariis et floribus purpureis ab illa est dignos-
cenda.

179. *SONCHUM OLERACEUM*, quoad folio-
rum formam mire variare, inter omnes constat
botanicos recentioris et prisci etiam temporis.
In colligendis autem ejus varietatibus, *S. olera-*
ceum seminibus certius distinguendum et in duas
species dispescendum esse, primus didici:

a. *SONCHUS OLERACEUS*, pedunculis de-
num nudis, foliis runcinato-lyratis amplexicauli-
bus integris, seminibus margine dorsoque trans-
versum scabris.

In agri, cultis oleraceis uberrime.

S. arvensis eadem semina habet sed majora.

† b. *SONCHUS FALLOX* Wallr. pedunculis
calycibusque deum nudis, foliis amplexicatilibus
ovato-oblongis laciniatis erosio-dentatis runcina-
tisque, seminibus utrinque glabris tristriatis.

In iisdem cum priore locis, sed minus fre-
quens.

Omnis partes utriusque Iudiciae sunt et limia-
tibus fere non describendae, semina tamen con-
stantia esse videntur.